Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35485
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

adlaudes cum dicitur Adorate etc
Prima vero non cantatur putridi
humoris nisi deponatur superbie
tumoris Ideo dicitur in epistola Ut
ad exemplum xpi patientis et non
percucientis non simus malum
pro malo reddentes Hec quidem
tria officia nobis insinuant
xpi beneficia nobis prestita ad leti
ficandum corda nostra Unde cantatur
in offertoriis Jubilate iubila
dum est enim quia nos eduxit de cla
ustris inferni et liberavit de
inferno inferiori Quartum
autem evangelium in quo agitur de
dormicione domini in navicula et
de excitacione ad illam cum pertinet
refertur in quo dominus obiit et re
surrexit Dormicio namque domini
in navicula est eius dormicio in cruce
et eius excitacio est resurrectio que
suorum vota civibus fieri exegerit
Quintum evangelium ad hoc refertur
quod post domini resurrectionem sensum suo
rum suis aperuit ut scripturas
intelligerent Unde in eo gra
tes refert patri qui revelavit eas
parvulis et abscondit a sapienti
bus huius seculi Omnes autem epistole
huius temporis ad dilectionem xpi per
tinent quia facit et simus in vice xpi
membra Unde dicitur in prima
epistola scilicet que legitur in prima do
minica post octavam quod donacio
nes nobis a deo datas ad edifi
cacionem aliorum exerceamus In
hac secunda dicit ne malum pro
malo reddamus In tercia dicit
ut invicem diligamus In quarta
dicitur Ut viscera misericordie habeamus
Quod vero dicit in quinta hoc facit
ut plantis humiliter subiciamur
exemplo xpi qui parentibus sub
iectus fuit Item quod dicit in primo
evangelio scilicet quod legitur in prima domini
ca post octavam Hic aquam conver
tit nobis in vinum quod in isto le
pram peccati tollit quod in tercio

domini dormientem excitat in nobis
quod in quarta nobis secreta
nobis revelat Potest etiam aliter
dici quod sicut a die natalis usque
ad epiphaniam apparuit ex officiis
humanitatis salvatoris sic et in
hiis tribus dominicalibus officiis
divinitas manifestavit eius
Nam in prime dominice evangelio dicitur
Nesciebatis quia in hiis que pa
tris mei sunt oportet me esse In quo
dominus manifeste declarat se esse
deum illum scilicet cui milia milium
servierunt angelorum Propterea quod in
introitu dicitur quod eum adorat an
gelorum multitudo In graduali
collaudat et ad idem in alleluia
et offertorio terram invitat dicen
tes Jubilate deo omnis terra Et
quia laus salvatoris non bene
sonat in labiis peccatorum Ideo apostolus
in epistola prohortatur et observant
vite testimonia Communio vero
consonat evangelio In secunde vero do
minice evangelio Dicitur quod dominus ad
nupcias invitatus aquam conver
tit in vinum quod magnum sue divi
nitatis indicium Solus enim deus
potest naturam mutare et nimium corrup
tibile in gloria reparare Propterea
quod omnis terra eum adoret psallat et
iubilat confiteatur et laudet
et angelus ad laudandum invi
tat ut apparet in introitu gra
duali alleluia et offertorio Com
munio vero consonat evangelio etc
In tercie dominice evangelio dicitur
dominus Volo mundare benigni
tatem et potentiam sue divinitatis ostendit
Unde leprosus mundatus qui cor
am latens angelos quam homines
ad dominum adorandum invitat di
cens in introitu Adorate dominum
Et in graduali Timebunt gen
tes In alleluia vero et in offer
torio dicens Dextera domini causam
reddit Communio consonat evangelio
Ecce qua evidenter in hiis tribus